

CAP. V.

Vers. 4.

Δ *δικαιοσύνη*) pro *δικαιοσύνη* θέλτε vel *ἐννοεῖθε*.

6. Fides formata sensu orthodoxo, non quæ, sed quæ operosa per charitatem.

8. *ἡ πεισμονή*) pro *αὐτή* vel *ἐκείνη ἡ πεισμονή*.

CAP. VI.

Vers. 6.

P *Articipet* (communicet) *autem*, qui instituitur, (eruditur) per *verbum* (verbo, quoad verbum) *instituenti*, *omnis generis bona*. Hebr. טובים ברבים יחלך ut Esa. 53.

12. *Εὐπροσώπησαι*) amicabili vultu placere velle, (placentes se reddere) seque insinuare tanquam bonos.

IN EPIST. AD EPHESIOS.

CAP. I.

Vers. 4.

E *Legit nos ἐν χειρῶν*) propter Christum fide apprehensum: nam particula *ἐν* notat etiam in Scripturâ *διὰ propter*. Matth. 6, 7. *ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν* i. e. propter multiloquium suam. Act. 7, 29. *ἐν τῷ λόγῳ* i. e. propter verbum sive rumorem hunc. Eph. 3, 13. *ἐν ταῖς θλίψεσί μου*, i. e. propter afflictiones meas. Qui modus loquendi frequens est Scripturæ V. T. in quâ præfixum *ἐν* (in) sæpius pro *διὰ (propter)* adhibetur: ut cum Jacob Gen. 29, 18. ad Labanum dicit: Serviam tibi 7. annos *ἐν* *בְּרַחֵל* in Rachele, & cum Deus Deut. 24, 16. quisque, inquit, *ἐν* *בְּחַטָּאתָו* in peccato suo morte afficitur, utrobique *ἐν* Præpositioni *propter* respondet, & illic quidem septennis servitii, hîc verò mortis causam innuit. Conf. Ex. 10, 12. Efd. 3, 4. 1. Reg. 11, 24. Ex 22, 2. Lev. 16, 1. 1. Sam. 28, 10. Col. 2, 18.

7. *κατὰ τὸν πλεῖστον τῆς χάριτος*) pro *κατὰ τὴν πλεοσίαν χάριν*.
Conf.